



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. V. De nomothesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

62 DE REPUBLICA
quum alioqui nil sit à me in illo
describendo prætermiffum.

C A P. V.

De nomothetis.

N O M O Θ E T Ω Nomina
plura Græci dignitatum ge-
nera intelligunt: quæ mihi prius
aperienda videntur, quam ad rem
de qua sum dicturus, veniam.
Tres olim nomothetas apud A-
thenienses fuisse authore Suida
reperio: Draconem, Solonem,
Æschylon, non quidem illum
poësi celebrem, sed quendam
alium Athenis natum, non usque
adeo apud authores celebratum.
Secundo νομοθέται legiflatores
quicunque sunt. Verum ut ad
rem facit vocabulum, præcipue
intelligebant Athenienses unum
ad mille selectos cives, quibus le-
gum antiquandarum fiebat pote-
ftas quum non viderentur am-
plius ex Reip. usu, ac præterea il-
larum

larum examinandarum quæ aut
 emendandæ, aut immutandæ,
 aut demum sancienda videren-
 tur. Est enim legibus humano
 consilio natis, quemadmodum
 & rebus naturalibus, etsi paulo
 obscurior, nostræque mortalitati
 minus cognita, vetustas: quam
 ubi sensere, usus consuetudine
 aut desuetudine aut abrogandæ
 aut emendandæ sunt: quod ipsum
 (nisi ubi iure scripto ut vocant, id
 est cæsareo sive civile utuntur) in
 civili Romanorum patet. Nam
 bona pars de servitutibus, de ser-
 vis, noxa, iure personarum, hære-
 ditatis varia distributione, & in-
 finitis aliis tractationibus agit,
 quæ in Gallia (ubi præcipue ius
 civile, quod consuetudines vo-
 cant, atque regia & curiarum
 placita locum habent) ut parum
 est in usu, nisi ut à simili iudican-
 do, ita partim explodendam cen-
 serem, ut tempus illud quod stu-
 diosi

diosi iuris in illam insumunt, da-
 retur iuri civili, postquam quæ
 nobis sunt in præcipuo usu, dili-
 genter didicerint. Nobis propo-
 siti nomothetæ ius tantum ha-
 bebant referendi coram populo
 toto probarentne an improba-
 rent leges, plebiscitaque. nec
 enim poterat ulla rogatio proba-
 ri, rataque haberi, quin universi
 magistratus nomothetis subscri-
 psissent. Hi etiam iudicandis
 gravioribus causis solebant inter-
 esse, eorumque sententiæ si non
 pareret aut actor aut reus, tribus
 drachmis præsentem archontem mul-
 tabatur. Hæc est Pollucis sen-
 tentia. Verum Budæus ex Demo-
 sthene paulo aliter latiusque ex-
 plicat quomodo illæ leges sole-
 rent proponi. eius ideo verba ad-
 scribam. Solonem commemorat
 Demosthenes inter alia cum legi-
 bus suis hoc quoque instituisse,
 quum lex aliqua ad populum fer-
 retur,

ret
 rec
 me
 qu
 ter
 alit
 no
 bic
 ba
 ne
 no
 pro
 po
 mo
 ba
 pro
 ret
 iud
 ut
 na
 cor
 Ma
 scri
 din
 stic

da- retur , ut à legislatore primum
 quæ recitaretur, deinde in loco maxi-
 mili- me celebri totius urbis maxime-
 po- que conspicuo proscriberetur, ad
 ha- tertiam concionem usque, (non
 ulo aliter atq; leges Romæ trinundi-
 ba- no die promulgari solitas Macro-
 nec bio referente novimus) inde scri-
 ba- bæ ut daretur palam pro concio-
 erfi ne legenda : ut si cuiquam quid
 cri- non placuisset , in medium id
 dis proferret : & si ea tum quoque
 ter- populo placuisset, ita demum no-
 non mothetæ daretur postremū pro-
 bus banda, qui uti eam probasset, im-
 nul- probassetue ita ferretur, antiqua-
 cen- returve. Ipsi autē nomothetæ ex
 no- iudicum numero deligebantur,
 ex- ut eam operam populo iurati ipsi
 ole- navarent. Hæc Budæus : cuius
 ad- comparatio ut planior fiat, locū
 orat Macrobian adfero. Rutilius (ait)
 egi- scribit, Romanos instituisse nun-
 fle, dinas: ut octo quidem diebus ru-
 fer- stici opus facerent , nono autem
 ur, E die

die intermisso iure, ad mercatum
legesque Romam accipiendas ve-
nirent, ut & scita atque consulta
frequentiore populo referrentur,
quæ trinundino die proposita, à
singulis atque universis facile no-
scebantur: unde etiam mostra-
ctus ut leges trinundino die pro-
mulgarentur. Hactenus Macro-
bius.

CAP. VI.

*De legum conservatoribus, Græci
νομοφύλακες dicunt.*

DIFFEREBANT à nomo-
thetis νομοφύλακες, quibus à
legibus servandis ut nomen ita &
officium erat. Frustra enim fuif-
sent à nomothetis leges explora-
tæ probatæque nisi, præscripti il-
larum sit usus, secundumque eas
iudicaretur: quod nomophylaces
ut fieret curabāt. Cicero libro de
legibus tertio, illorum officium
diligenter explicat; Græci hoc di-
ligentius,